



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quomodo intelligitur Christus index viuorum & mortuorum. F

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

*i. Thess. 4.  
super illud.  
Hoc enim  
vobis dici-  
mus in re-  
sponsione ad  
3. q. to. 3.*

tabimur, sc. in solennitatē resurrectionis. De hoc etiam Amb. ait. In ipso raptu eorum, qui viui reperientur, mors erit & resurrectio, ut anima qual per soporē egressa de corpore, eidem in momento reddatur. Cōtra verò scribēs ad Marcellam Hiero testari videtur, dicēs, quosdam in fine seculi adueniēte Christo non esse morituros, sed viuos reportos in mortalitatē repente mutandos. Horum autē quid verius sit, non est humani iudicij definit.

*Quomodo intelligitur Christus iudex viuorum &  
mortuorum.*

*Aug. in En-  
chir. c. 55. in  
princip.*

His autem adiiciendum est, duplice intelligi quod dicitur Christus iudicaturus viuos & mortuos. Aut enim viui accipiuntur, qui in aduentu eius viui reperientur, licet in raptu moriantur: & mortui, qui ante decesserant: vel viui & mortui accipiuntur, iusti & iniusti.

*Quomodo omnes incorrupti.*

Cumq; ex prædictis sanè credi valeat omnes resurrecturos, credendum est etiam, quod omnes resurgent incorrupti: non vtiq; impassibiles, qui reprobi mortem patientur æternam, sed sine diminutione membrorum omnia humani corporis habituri membra, nec tamen gloria ac spe impossibilitatis induentur.

#### DE ÆTATE ET STATVRA RESVRGENTIVM.

#### DISTINCT. XLIV.

*Ephes. 4. c*

Solent autem nonnulli percontari & querere, an in eadem ætate & statura corporis omnes resurrecti sint? Quidam putauerunt omnes resurrecturos secundum mensuram ætatis & statur Christi: ideo quia Apost. ait, Donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis & plenitudinis Christi. Sed his verbis non eadem resurgentibus assignatur statura, sed ætas. Omnes enim in eadem ætate resurgent, in qua Christus mortuus est & resurrexit, cui uscunq; ætatis mor-